

1522. ie. 24. Februarij. 2

141

Adrianus Papa
Sacro Collegio Reverendissimorum
Dominorum Cardinalium ac Senatu po:
puloque Romano.

Reverendissimi in Christo Patres Domi:
ni et confratres Charissimi. 37

Ex literis Reverendissimarum Domina:
tionum Vestrarum intellexi me earum con:
cordibus suffragijs in Romanum Pontificem
electum esse. Quae res propter sui novita:
tem prope omnibus huius admirationi, mihi
vero prope dixerim, ut stupori fuit, idque
non solum propter ipsam novitatem, et
quod ego nunquam tale quidquam fue:
ram suspicatus, sed longe magis, quod
me tanto coneri nimium imparem re:
putarem. Quam obrem, ut verum in:
genue fatear, humeros infirmos illi ha:
ud quaquam submitterem, nisi Dei offen:
sam vererer incurrere, si tam notorie ab
eo per ora Reverendissimarum Domina:
tionum Vestrarum ad hoc ministerium vo:
catus, quasi de divino auxilio parum
suis illud recusarem amplecti, sed et
illam discalceati, maledictionem super
me venturam timerem, si tot tantorumq;
patrum iudicio ad suscitandum, fratri
praemortuo Christi semen assumptus
propria securitatis et quietis amore
parcere renuerem, Decrevi igitur de me:
is quidem viribus, et sufficientia prov:
sus



sus diffusus, et spem omnem calitus cape:
ctans divinam, et reverendissime Domi
nationes Vestre dispositionem sequi ad feren:
dum hoc onus, celeste auxilium omnibus
vobis implorare, quod sincere intentioni
mea non proprium sed Divum honorem
querenti, nequaquam Deesse poterit. Post
Deum vero magnam fiduciam prebet R^{ma}
D. V. prospecta sinceritas, atque pruden:
tia, quorum mihi consilia omnibus in re:
bus video affutura, atque utinam mihi,
iam nunc apud eas esse daretur, ut et
ipsis pre summis laboribus mihi in ele:
ctionem impensis, meritas gratias re:
pendere possim, et presentibus Sancte
Ecclesie necessitatibus pariter cum ipsis
valere succurrere. Sed postquam huic
meo desiderio longi terrarum tractus obsi:
stant, hoc interim quod possum summa cum
diligentia procurabo, ut scilicet mecum
iter in Italiam et urbem omnibus mo:
dis accelerem, nec ulla prorsus in me mo:
ra erit, ubi R^{mi} Dⁿⁱ Legati applicuerint,
et clasus mea fuerit necessarijs rebus instructa
quod juvante Deo brevissime futurum est, quo
minus me amari committam. Interea R^{mi} D. V.
omnes prudentie et industrie sue vires explica:
bunt, ut Ecclesia status illa sus conservetur.
Ego vero monitis earundem, ut pote sanctissimis
et prudentissimis et nunc absens, et postea presens
libentissime obtemperabo. Valeant eandem R^{mi} D. V.
Felicissima victoria; die 24. Febr: A^o Dⁿⁱ 1522.